

N. X.

De nomine Actionis, an id sit exprimendum in libello, quæritur? Et existimo veriore esse negantium responsionem, idque tum

per c. 6. extr. de judic.

tum attestante

Gail. 1. O. 61, num. 1. 9. 10. 11. 12. Myns. 4. O. 55, num. 4. & 5.

Sufficit enim factum appositè narrari ut inde causa petendi & actio intelligi possit.

d. c. 6. de judiciis Bach. 1. de Act: 37. in f. Carpz. I. P. F. P. 1.

C. 2. def. 13. Rosbach. d. l. n. 29.

secus de jure Civili.

Treut, d. l. lit. C. in exeg. & Bach. d. l. Perez, C. de Edendo num. 8.

N. XI.

Est & illud libelli requisitum ut offeratur

per d. Auth. offeratur C. de lit. Contest.

Id est etiam non petenti detur.

arg. l. 11. §. 13. de legat. 3.

Adeo ut processus & civili & criminali judicio sit nullus non oblato libello.

d. Auth. offeratur in fin. ibiq; Cyn. num. 11.

Nec sufficit hic paratum esse ad offerendum & petenti moram non facere

arg. l. 2. §. 1. ibiq; Gothof. Quod legatorum.

in aliis secus est

Gothof. ad l. unic. C. Quod legatorum

Habet autem hæc oblatio triplex bonum (1) ut ex persona actoris jus metiamur.

l. 1. §. 1. si pars heredit. petatur.

(2) ut